



**P**Aulus patriam habuit Tabernas Rhenanas, oppidum in Palatinatu non procul à Bretta, uulgò Reinzaberen dictum. Natus est anno salutis humanæ millesimo quingentesimo quarto, patre Petro Buchlein eius oppidi iudimoderatore, & annis multis Grammatæo, matre uerò Margaretha Hirnin, quæ ex Heinrico Hirn strenuo milite prognata fuit. Cum autem Paulus foelici ingenio esset præditus, literarum prima rudimenta in schola paterna utcunque iecit, ac ætatis anno undecimo, octo batiorum uiatico, pro more eius seculi, instructus, à patre suo studiorum ergò Heidelbergam ablegatus est. Ibi sub Iohanne Brentio & Martino Frechto, alijsquæ doctissimis præceptoribus longo tempore diligenter operam literis dedit, & plurimum profecit. Adolescens uerò factus annorum circiter octodecim Argentinam se contulit, atque ibi per aliquot annos Pædagogi munere functus est, quò inopiam suam subleuaret, & optatum literarum cursum continuare posset. Sub hoc tempus linguarum studium in Germania emigere cœperat, atque Vuolfgangus Capito quatuor linguarum peritus Institutionum Hebraicarum libros duos, rarissimo exemplo, euulgarat. Indæi etiam aliquot hinc inde uagabantur, & suam linguam alios utcunque docere cœperunt. Occasionem hanc Fagius arripiens, Hebraicæ linguæ studio se ferè totum mancipauit, atque ita in familiaritatem Capitonis, Hedionis, Buceri, & Zellij Theologorum peruenit.

& Martino Frechto, alijsquæ doctissimis præceptoribus longo tempore diligenter operam literis dedit, & plurimum profecit. Adolescens uerò factus annorum circiter octodecim Argentinam se contulit, atque ibi per aliquot annos Pædagogi munere functus est, quò inopiam suam subleuaret, & optatum literarum cursum continuare posset. Sub hoc tempus linguarum studium in Germania emigere cœperat, atque Vuolfgangus Capito quatuor linguarum peritus Institutionum Hebraicarum libros duos, rarissimo exemplo, euulgarat. Indæi etiam aliquot hinc inde uagabantur, & suam linguam alios utcunque docere cœperunt. Occasionem hanc Fagius arripiens, Hebraicæ linguæ studio se ferè totum mancipauit, atque ita in familiaritatem Capitonis, Hedionis, Buceri, & Zellij Theologorum peruenit.